

9

Postea vero Lodovico ^{tertio} cum generis suis ^{d. l. d. d. d.}
factus fuerat, contulit principatum. Mox
etiam Wintzenburgk castrum ab exerci-
tu regis obsidetur, expugnatur, et capi-
tur. Anno Domini M^o C^o XXXI. Hermannus
comes de Wintzenburgk regi Lotha-
rio se suaque omnia dedit, captivus ab-
ducitur, et in castro Blandinbergk cus-
todie mancipatur, Wintzenburgk vero
ad solam usque destruitur. Anno Domi-
ni M^o C^o XLII. Marcolphus Maguntinus
archiepiscopus obiit, quinto Idus Julii;
pro quo Henricus constituitur. Eodem
anno VIII. Idus Maji monasterium ^{sancti} Se-
veri Erfordiae exustum est, et maxima
pars ejusdem loci, et monasterium ^{sancti}
Severi. Anno Domini M^o C^o XLIII. mag-
na inundatio in Erfordia facta est,
VII. Kalon. Julii. Anno Domini M^o C^o XLIII
Alheidis comitissa, filia secundi Lo-
dovici, obiit. Anno Domini M^o C^o XLX.
Henricus comes primus Braspe, fi-
lius ^{secundi} Lodovici ^{terti} obiit, et sepultus est
in Regnar disborn.
Anno Domini M^o C^o XLV Eugenius tertius - in monte Ruperti.

wgl. dat. Kirch. (wist. i. G)

7. 17. 17. M!

zuf. 17. 17.

reg. h. d. i. b. v. r.

bl. d. i. A.

Anno Domini M^o C^o XLIII. tempo. f. 107.
re Lottharii imperatoris Lodovicus ^{tercius} co-
mes Thuringie, filius Lodovici secundi,
duxit in uxorem filiam Lottharii ducis
Saxonie, imperatoris, successoris Henrici
regis, nomine Hedvigis: Qui imperator
videns Lodovicum generum suum es-
se militem strenuum et potentem
in Thuringia et Hassia, de consilio prin-
cipum, ipsum cum vexillorum festiva
exhibi-